Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567645363-10/fragment/page=1

Georgs 1106

Landesbücherei Dessau

Georgs-B.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567645363-10/fragment/page=2

Sermo D. Johannis Cochlei alias Wendelstein/ ad exemplum pro omnibus qui contra Lutherum volũt scripturas magistraliter et formaliter tractare.

— : 1529 : —

Wendelinus Cochleola Lectoribus S.

En noua forma tibi/ multos optata per annos
Tractandi sacros pro pietate libros
Quam dedit in lucem mira breuitate Cochleus
Inter preclaros/ Doctor vbiq; Cocos.
Qui cupit hanc liquidis hausisse e fontibus artem
Adferat ad Cochleum mox cochleare suum.

D. Johānes Cochleus/ Venerabili viro Johanni Kosʃ ſacre ſcripture Licentiato/ predicatori Lipſie/ Salutem pluriʃmam dicit.

QVoniam quidem nos igitur/ gratia diuina opitulante/ maledictum iſtum Lutherum conculcauimus/ vt nobis amplius nec poteſt nec vult reſpondere/ Maxime quando ille fugitiuus ſerpens tot libris a me prouocatus/ tamen diſputare mecum non vult/ Spero igitur noſtram doctrinam eſſe nunc ſecuram et victricem/ quia qui tacet videtur (ceteris paribus) conſentire. Vnde ego motus ſum/ vnam breuem Epiſtolam cum quodam artificiali ſermone ad vos ſcribere/ ad exemplum aliorum/ vt ipſi etiam modum noſtrum habere poſſint/ cum alijs hereticis pugnandi ex ſcripturis/ Quas ſi ipſi ſic exponent/ ſicut vos et ego fecimus/ et adhuc facimus/ et deo dante ſemper faciemus/ impoſſibile eſſet/ hereticos poſſe ſtare. Nam ex hoc ſermone patebit luce clarius/ qua arte et regula per nos et noſtros ſcriptura applicari debeat/ vt heretici penitus cōterantur et obmuteſcantur. Lutherani habent multum alium modum ſcripturas exponendi/ Et volunt/ quod oportet obſeruari precedentia/ circumſtantia/ et neſcio quid eſt aliud/ Sed hoc modo falſificant diuinos apices et ſeducunt populum Chriſtianum. Ego credo vos vidiſſe librum meū contra Lutherum cum 28. articulis de vna ſpecie ſacramenti/

Ego certe

Ego certe magnas gratiarum actiones Deo meo persoluere habeo/quod iste liber ab omnibus sic laudatur/quasi nō ego sed ipse spiritus sanctus met/eum composuisset/Et maxime quod illam autoritatem nouam ex Jeremia allegaui/nunq̄ antea adductam ab alijs/vbi dicit/Constitui te super gentes et regna/vt euellas et plātes etc. Ex hoc enim probaui/Ecclesiam esse super verbum dei/Hoc modo/Jeremias est constitutus a deo super gentes et regna/vt disperdat et plantet/Ergo/multo magis Ecclesia est constituta super gentes et regna/id est/super Deum et verba eius/vt ea disperdat. Ego mitterem collum meum soluere/quod omnes Lutherani in vno cumulo/et omnibus brullis super nasum positis/non possent hanc glosam vidisse/Quia quod Jeremias euellit gentes et regna/hoc ipsi non viderent esse dictum/quod Jeremias euellit verba dei/sicut ego solus et primus vidi/Et hoc est hoc/quod Lutherus sic ad me tacet/quia timet tales multas me habere glosas in scripturis/Sed vt breuis sim/quia/vt ait Varro/lucidissimū docendi genus est exemplorū subūnctio/ad sermonem hunc vos mitto/vbi videbitis mirabili arte/valde multa exempla/scripturas recte allegandi et applicandi contra hereticos/Et volui sub vestro nomine istum publicare/vt per vos multi alij hoc nostrum exemplum in scripturis exponendi discant/Quia ego certe non satis certus sum/quis inter nos duos hoc melius ostendit/adeo perfectus estis/et mihi quasi per omnia similis estis/quod vix puto excellentissimū D. Doctorem Johannem Fabrum tam similem mihi esse in hac arte. Valete/et quod facitis/facite. Nunc autem ipsum sermonem videamus.

Sermo D. Johānis Cochlei alias Wendelstein / ad exemplum pro omnibus qui contra Luthe= rum volūt scripturas ma= gistraliter et fortiter tractare.

Thema.

EX nihilo nihil fit. Fra= tres / Nolumus enim vos ignorare de verbo/quod abbreuiatum est/vobis licet pigrum/mihi autē necessarium/Ait enim scriptura/Quid superbis terra et cinis? Sed nihil mihi conscius sum / Et quod nihil habet/nihil dat/Nihil ergo tuleritis in via/ Si nihil tuleritis/ergo nihil mihi deerit / Vbi nihil est interius/nihil fit exterius. Et in Curia Romana legitur de floreno/quod sine ipso factum est nihil/ Et vltra/sine quo nihil est validum/nihil sanctum / vt legi= tur in Vitaspatrum. Vnde Galienus in Canonica sua super Lucam scribens ad Ephesios/Si videris fratrem tuum ne= cessitatem habentem/erue sibi oculum dextrum/Et si perse= uerauerit pulsans/aufer sibi et reliquum/Et cum ista fecerit/ legem adimpleuit / Cui Rabanus in actibus Apostolorum/ concordans ait/Si esurierit inimicus tuus/appone ei ligna et lapides dicens/Dic vt lapides isti panes fiant/Si sitit/ appone cinerem et sal (So hat er die gerichte all) In his duobus

duobus mandatis vniuersa lex pendet et Prophete / Vnde dicit Alexander Apostolus in Canticis Canticorum et reliqua/Si vis perfectus esse/vade et fac tu similiter/Sed quid multum morer? Ecce Judas Machabeus qui dicitur Cayphas / dixit ad discipulos suos / Habetis ne aliquid/ quod manducetur? Et ecce obtulerunt ei paraliticum iacentem in lecto/dicentes/Ecce duo gladij hic/et quatuor ordines lapidum/Manducauerunt ergo/ et saturati sunt nihil. Veniēte autem sponso / venit quidam Hieroboam nomine / dedit ei alapam dicens/Amice ad quid venisti? Respondit Nicodemus / quomodo possunt hec fieri? Nunquid custos fratris mei ego sum? Et dicit ei Nathanael/Redde rationem villicationis tue/Non enim erit heres filius ancille/cum filio libere/Et illa econtrario dixit/Mentiris/filius tuus mortuus est/meus autē viuit/Et qui missi fuerant/erant ex Phariseis. Piscatores autē descenderant / vt lauarent retia sua/ super montes Armeme/ Et quidē nihil horum intellexerūt. Hec autem eo cogitante serui eius cucurrerunt et dixerunt/ filius tuus vuit/ Et postulans pugillarē/scripsit dicens/Johannes est nomen eius/Et ceciderunt cathene de manibus eius/ Et velū templi scissum est /ab homine vsq; ad pecus/ Transiens autem primam et secundam custodiam/venerunt due mulieres meretrices ad regem Salomonem/ et interrogauerunt eum/Tu quis es? Et accusauerunt eū in multis/maxime autem et domesticos fidei / Videns autem quia placeret Judeis/Ascendēs in arborem Sycomorū/Et cum cepisset mergi/clamabat dicens/Domine saluum fac regem/ Et deintus respondit dicens / Jam ostium meum clausum est/Et puer nō comparet/Ite potius ad vendentes et emite vobis/Cum autem irent emere/venit Regina Austri a finibus illis egressa/haurire aquas/Erat autem puella pulchra

facie/ decoraqz aspectu/ super quam nullus hominum sedit/ nisi centum quadraginta quatuor millia/ ex omni natione que sub celo est/ Et osculatus est eam/ et dixit/ Quid adhuc egemus testibus? Et facti sunt amici Herodes et Pilatus in illa die. Intrante autem domum cuiusdam principis Pharisеorum sabbato manducare panem/ Inuent eos dormientes pre timore/ Percussoqz latere Petri/ excitauit eum dicens/ Non potuisti vna hora vigilare mecum? Surge velociter/ comede/ grandis enim tibi restat via/ Et inuenit subcinericium panem ad caput suum/ et dixit/ Quid hec inter tantos? Multum enim epulari oportet et gaudere/ quia filius qui perierat/ inuentus est/ Comedit ergo volumen illud/ et factum est in ore eius/ tanqz cera liquescens/ Et ambulabat in fortitudine cibi illius/ quadraginta diebus et quadraginta noctibus/ ab hora sexta vsqz ad horam nonam/ Et circa horam nonam/ clamabat dicens/ Saule Saule quid me persequeris? Patientiam habe in me/ et omnia reddam tibi/ Et dixit ad eum/ nec mihi nec tibi/ sed diuidatur/ Cumqz intuerentur in celum euntem illum/ ecce Magi ab oriente venerunt dicentes/ Vbi est Abel frater tuus? Respondit dicens/ Nescio/ numquid canis ego sum? et tu venis ad me cum baculo/ Non enim coutuntur Judei Samaritanis/ Et ille ad eū/ Ego et Pater tuus dolentes querebamus te/ Nonne ex denario conuenisti mecū? Multa habeo vobis dicere/ sed non potestis portare modo/ Quia si pes tuus scandalizat te/ abscinde eum/ et proisce abs te/ Dixit autem Petrus/ Dñe non tantum pedes/ sed et manus et caput/ Et percussit eum in posteriora/ Et amputauit auriculam eius dextrā/ Et dixit/ Amice non facio tibi iniuriam/ Tolle quod tuū est et vade/ Quia maledicta terra/ que non germinat fructum/ Ideo dicit Gamaliel in libro de Aminadab/ Nonne duo passeres veneunt dipondio/

pondio/Et de vestimẽtis quid solliciti estis? Et extraxerunt eum de cisterna per capillos/ Apertisq; oculis nihil videbat/ Ad manus autem illum trahentes / introduxerunt in locum suum/Et coxit pulmentum/deditq; patri suo/dicens/Vade amplius noli peccare/Et amplius non vidit eũ Eunuchus/Et sic in nihilum redijt / quod fuit ante nihil/quod nihil omnibus nobis concedat/qui percussit primogenita Egipti / ab Aquilone et mari.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567645363-10/fragment/page=10

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567645363-10/fragment/page=15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567645363-10/fragment/page=16

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567645363-10/fragment/page=17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567645363-10/fragment/page=18

Sermo D. Johannis Cochlei alias Wendelstein/ ad exemplum pro omnibus qui contra Lutherum volũt scripturas magistraliter et formaliter tracta/